



CAtalogus sancto//rum [et] gestor[um] eor[um]

Petrus <de Natalibus>

Lugduni, 1508

Jncipit prologus libri secundi.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70797](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70797)

Liber

presidis minas vt blanditas derideret: fuisse eum colaphis cedi: deinde ipsum nodosis fustibus in dorso flagellari: et post hec eundem volutatum supra ventrem similiter acius verberibus affligi: et dum hec omnia superasset fecit eum preses i craticula alligari: et ignem subterponi. Sed dum sanctus gregorius orasset: terremotus magnus factus est: qui totam concussit ciuitatem: et cecidit pars vrbis que submerita dicitur: et oppressit. ccc. paganorum: ignis quoque extinctus est: et sanctus illesus permansit. Flaccus vero et tyricanus territi fugerunt. Sed a terremotu fecit eum flaccus ferro vincum in carcerem trudi: vbi angelo sibi apparente confortatus est. Sequenti die educus de carcere iussu presidis immolare contemnens: cardis ferreis in genibus ceditur: deinde lampadibus circa latera iussu amatur. Et cum ad omnia imobilis redderetur: mandauit flaccus tyricano vt eum duceret ad decollandum ad amphitheatrum. Quem tyricanus i mediis amphitheatri duxit: vbi sancto orante angelus domini eidem apparuit: et ipsum ad celestia iussit: quem aquilinus spatarius decollauit. Et de mandato tyricani dimisse sunt fere plurime: vt corpus deuorarent: que corpus intactum custodientes adorabant. Flaccus vero eadem hora vomens interiora expirauit. Sed quedam matrona christiana nomine abundantia. xxxv. aureis corpus martyris a tyricano redemit: quod aromatibus conditum iuxta muros ciuitatis ad pontem lapideum et rivum qui sanguinarius dicitur: sepeliuit. Passus est autem die. ix. kalen. ianuarij.

¶ De sanctis quadraginta virginibus et martyribus. Cap. lxxxix.

Quadragesima sancte virginum apud antiochia syrie martyrum passe sunt. Que sub persecutione deciana per diuersa tormenta et supplicia laniare passionis coronam a domino percipere meruerunt. ix. kalendas ianuarij. Hec in martylogio adonis.

¶ Explicit liber primus.

Secundus.

Incipit prologus libri secundus.



Secundus liber

ber presentis catalogi continet scriptura: quorum festiuitates occurrunt infra tempus in quo ecclesia representat ipsum christi et ecclesie mutui consensus obligationem et matrimoniale contractionem: quod fuit ab incarnatione verbi usque ad baptismum domini. Et hoc tempus ecclesia designat a natiuitate saluatoris usque ad septuagesimam: quando videlicet incarnationis et natiuitatis dominice festum: necnon actus infantie: vt est circumcisio: magorum adoratio: purificatio: et in egyptum fugatio recoluntur. Hoc autem tempus in tres partes subdivisum est. Primo enim agitur de coniugio inter deum et populum iudeorum contracto: pro quorum salute principaliter filius dei venit in mundum. dicens Matthei. xv. Non sum missus nisi ad oues que perierunt domus israel. Et hoc tempus ecclesia representat a natiuitate domini usque ad epiphaniam. In quo tempore ipse per humanitatem mundo editus mox pastoribus iudeorum per angelos nunciatur: et ab eis sibi notissimis notus in iudea deus visitatur. Secundo agitur de eodem commercio: inter ipsum verbum et gentium populum confirmato: a festo epiphanie usque ad eius octauam inclusiue. In quo tempore dei filii magis qui erat primitie gentium stella apparente reuelatur: et ab eisdem vti verus deus cum oblatione munerum adoratur. Tertio agitur de utroque grege in vnum ouile per ipsum in matrimonium copulato: ab octaua epiphanie usque ad septuagesimam: in quo tempore epistole pauli leguntur: in quibus apostolus christum pro salute iudeorum et gentium aduenisse probat: et vtrumque populum saluasse commemorat: et potissime in epistola ad romanos. Ad huius igitur temporis festa pertractanda procedendum est.

¶ Inis prologi.